ANTONINUS FLORENTINUS · IOHANNES CHRYSOSTOMUS (?)
Salzburg, 1477 Seite 64r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8181
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



nium quod dicitur stuprum et si seduxit
eam promittendo eam velle ducere in uxorem
cogendus est in foro conscientie vel ducere eam
vel dotare si potest. iniuriatus est etiam pa-
rentibus illius in hoc si nesciuerit. ¶ Si
cognouit uxor alterius solutum vel ipse
uxoratus cognouit solutam quod adulterium
dicitur. Et est duplex adulterium si uterque
sit in matrimonio legittimo constitutus
¶ Si intulit violentiam alicui quod dicitur
raptus et si etiam contra voluntatem parentum
suorum hoc facit grauius peccat si
fuerit talis rapta nupta vel virgo
vel monialis adhuc grauius ¶ Si
cognouit consanguineam suam vel uxoris
sue usque ad quartum gradum consanguinei-
tatis vel affinitatis inclusiue quod dicitur
incestus. ¶ Idem de muliere que simili mo
permittit se cognosci a consanguineo
viri sui ¶ Idem si pater cognouit fili-
am adoptiuam aut filiam adoptiue
filie aut uxorem vel filiam filii adop
tiui aut etiam si filius adoptiuus cog-

64